



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 71. Jacobi Rospigliosi Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

Sæc. XVII. ejus Sectatores ab Apostasiæ macula
 A. C. 1684. vindicare potuerit.

§. LXXI.

Jacobi Rospigliosi Cardinalis obitus.

Eggs Purp.
doct. l. 6.
pag. 491.

Ex Purpuratis, qui hoc anno obiere, primo loco occurrit Jacobus Rospigliosus Cimentis IX. Nepos, qui unacum Patruo tum Nuntio Apostolico in Hispaniam ductus, in Salmanticensi Academia in omni liberali scientia egregie institutus fuit, ac Philosophiæ & Jurisprudentiæ cursum mira ingenii felicitate emensus, Magisterialem Lauream consecutus est, tantamque ad res bene gerendas dexteritatem prodidit, ut ejus Patruus non modo illius opera ad gravissima negotia uteretur, sed etiam aliquamdiu absens eidem totam Nunciaturæ molem committere haud dubitaret. Inde vero Romam a suo Patruo reductus ab Alexandro VII. in *Status*, ut vocant, *Secretarium* electus ad Crequium Ducem est ablegatus, ut ob Corsorum militum violentias offensum placaret, quo negotio feliciter composito in Gallias iterum ac tertio decernebatur, ut Regem de proxima legatione Apostolica edoceret: Ex Francia unacum Flavio Chisio Cardinale in urbem reversus, Bruxellas Nuntius venit,

nit, quo munere non sine magno Sedis Sæc. XVII.
 Apostolicæ, Regionum Ministrorum po- A. C. 1684.
 pulique applausu perfunctus est. Tan-
 dem a Clemente IX. Patruo suo Romam
 revocatus, mox in Franciam cum am-
 plissima Legati Pontificii auctoritate
 contendit, ubi accedentibus assiduis
 Papæ cohortationibus atque officiis Lu-
 dovicum XIV. ad Noviomagensem pa-
 cem inclinavit, atque in rei optime
 gestæ præmium Purpuram adeptus,
 toti Ecclesiasticæ ditioni regendæ præ-
 positus est. Enituit in eo summa hu-
 manitas, morum comitas, prona om-
 nes juvandi voluntas, auspiciatissima
 Principum animos conciliandi felicitas,
 singularis in publicis rebus pertractan-
 dis prudentia, immotumque boni pu-
 blici, Sedisque Apostolicæ honorem
 promovendi studium: Denique maxi-
 mis defunctus muneribus die secunda
 Februarii Romæ non sine magno om-
 nium luctu decessit, annos natus quin-
 quaginta sex. Edidit lusus poeticos
 præter varii argumenti epistolas.

§. LXXII.

Francisci Albicii Cardinalis decessus.

Parem nominis laudem usque ad tu- Oldoin. in
 mulum protraxit Franciscus Albi- Ciacon.
 cius nobilis Cesenas, qui Juris Doctor
 &